



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

299. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

138 R E G I N O N I S L I B . I .  
nisi Episcopi & Presbyteri , quibus claves regni cœlestis traditæ sunt , sic nec pœnitentium judicia alij usurpare debent.

Ut Diaconus , si necesse sit , suscipiat confessionem.

Haligar. in præfat. lib. 6.  
Burchard. lib. 19. c. 154. CCXCVI. Si autem necessitas evenit , & Presbyter non fuerit præsens , Diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam communionem.

Item de suscipienda confessione. *Ex Theodori Archiepiscopi vel Bedæ Presbyteri Pœnitentiali.*

Haligar. ibid. Burchard. lib. 19. c. 2. CCXCVII. Episcopi vel Presbyteri , quando fidelium recipiunt confessiones , humiliare se debent , & cum tristitia gemitula-  
crysque orare , non solum pro suis delictis , sed etiam pro fratri casu. Ait enim Apostolus : *Quis infirmatur , & ego non infirmor ?*

Haligar. ibid.  
Burchard. lib.  
19. c. 2.

CCXCVIII. Cum ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua , mandet ei sacerdos ut exspectet modicum , donec intret Ecclesiam aut cubiculum suum ad orationem. Si autem non est locus aptus ad hoc , dicat hanc orationem in corde suo.

Oratio.

Haligar. ibid.  
Burchard.  
ibid. c. 3.

CCXCIX. Domine Deus omnipotens , propitius esto mihi peccatori , ut condigne tibi possim gratias agere , qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti of-

ficij sacerdotalis , & me exiguum humilé-  
que mediatorem constituisti ad orandum &  
intercedendum ad Dominum nostrum Jesum  
Christum filium tuum pro peccantibus & ad  
pœnitentiam revertentibus. Ideoque , domi-  
nator Domine , qui omnes homines vis salvos  
fieri & ad agnitionem veritatis venire , qui  
non vis mortem peccatorum , sed ut conver-  
tantur & vivant , suscipe orationem meam,  
quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ  
pro famulis & famulabus tuis qui ad pœnitentia-  
m venerunt , ut des illis spiritum compun-  
ctionis , ut resipiscant à diaboli laqueis , à quo  
adstricti tenentur , & ad te per condignam sa-  
tisfactionem revertantur per eundem Do-  
minum.

Videns autem ille qui ad pœnitentiam ve-  
nit sacerdotem tristem & lacrymantem pro  
suis facinoribus , magis ipse timore Dei per-  
culsus amplius tristetur & exhorrescat peccata  
sua.

*Hic locus sic habet in veteri codice MS. mo-*  
*nasterij Rivipullensis:* Videns autem ille fra-  
ter , qui ad pœnitentiam venit , hanc sacer-  
dotis humilitatem , magis peccata sua ex-  
horrescit , magis scelera sua pertimescit.  
Post hæc caritativè sacerdos eum suscipiat,  
humiliter eum sedere faciat secum , blandè  
eum hujusmodi sermonibus attrahat. Fra-  
ter , non erubescas confiteri peccata tua &c.

Ordo ad dandam pœnitentiam.

*Vnde suprà.*

CCC. Post hæc interroga eum blandè le- Burchard.  
ibid.